

A P P R O B A T I O

Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini

THOMÆ PHILIPPI DE ALSATIA DE BOUSSU,

Dei, & Apostolica Sedis gratiâ Archiepiscopi Mechliniensis, Primatis Belgii, Sanctissimi
D. N. D. CLEMENTIS PAPÆ XI. Prælati Domestici, ad Exercitus Cæsareo - Regios De-
legati Apostolici, Sacræ Cæsareæ, Catholicæque Majestatis Actualis Intimi Consiliiarii.

CUM Tomus primus Operis, cui titulus Sanctissimi D. N. CLEMENTIS PAPÆ XI. Constitutio UNIGENITUS Theologicè propugnata cumulatissimè satisfecerit & votis, & expectationi bonorum omnium, imò totius Ecclesiæ Catholicæ, cujus dignissimi Præsules disertis, & toto orbe notissimis testimoniis, memoratæ Constitutioni debita cum reverentia sese pridem subjecere; obtractatores verò, & legitimæ authoritati exiguo numero repugnantes, vel inviti agnoverint propositionum eo tomo clarè, eruditè, & copiosè expensarum, latè serpens venenum, ut sperare liceat, & ipsos demum ab erroribus revocatum iri: Author autem in hoc secundo Tomo, ejusque Synopsi eadem methodo, & autoritatum, argumentorumque robore, novæ hæresis latibula omnia excutiat; fraudibus, tricis, ac cavillationibus larvam detrahat; Scripturas Sacras, Concilia, Patres, & Theologos Catholicos justissimè vindicet; verbo ea omnia hic etiam egregiè præstet, quæ in primi Tomi approbatione distinctius recensuimus, hanc alteram operis numquam satis laudandi partem, ut doctrinâ aquè, ac priorem, solidâ, & pari eruditione referam, adeoque, & ipsam Ecclesiæ utilissimam in publicam lucem quanto cyûs emittendam judicamus.

Datum Mechliniæ in Palatio Nostro Archiepiscopali 10. Septembris 1718.

Thomas Archiepiscopus Mechliniensis

De mandato Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi præfati

B. De Ruddere Secretarius.

A P P R O B A T I O

Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini

THOMÆ JOSEPHI A MONTIBUS,

Dei, & Apostolica Sedis gratiâ Archiepiscopi Seleuciæ; Sanctissimi Domini Nostri Domini
CLEMENTIS PAPÆ XI. Episcopi Assistentis, & Prælati Domestici; Sacrosanctæ Archi-
basilicæ Lateranensis in Urbe Canonici, Episcoporum Examinatoris, & Congrega-
tionis Sacrorum Rituum Consultoris.

Liber, cui hæc Epigraphe, Sanctissimi Domini Nostri D. CLEMENTIS PAPÆ XI. Constitutio UNIGENITUS, theologicè propugnata, Tomus secundus cum Synopsi, laudabile prorsus continet argumentum, tantique Scriptoris eruditione validissimè roboratum. In eo, religiosâ simul modestiâ, & fortitudine, totus est more scholastico, stricto videlicet pugione, in solidè defendenda Sanctarum Scripturarum momentis, Patrum utriusque lingue sententiis, atque stabilitis in illorum doctrina rationibus, Vicarii Jesu Christi Constitutione irrefragabili: quam ubique consonam Catholicæ veritati, vel ipsâ luce clarius, demonstrat: & profectò quis sapiens censeat sanum in Fide, aut in morum sanctimonia tutum, quod summus Ecclesiæ Hierarcha non probaverit? Quis non morbosum, ac reprobum, quod idemmet Supremus Dominici gregis Pastor, & Rector repudiaverit? Quandoquidem Divinus humani generis Assertor omne hujusmodi judicium circa nostræ Religionis negotia dedit Petro, ejusque legitimis Successoribus, Divi Cypriani Episcopi, & Martyris D. Cypriani cordatissimis verbis: *Cunctos vos veræ Sapientiæ cultores fidenter admoneo, & pariter Consulo, nè perniciosi ad Plebem vocibus temerè credatis, nè fallacibus verbis consensum facilè commodetis, nè pro luce tenebras, pro die nocte, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio, mortem pro salute sumatis. Nec atas vos Presbyteris eorum, nec authoritas fallat; qui ad duorum presbyterorum veterem nequitiam respondentes, sicut illi Schismaticis Susannam pudicam corrumpere, & violare conati sunt, sic & hi adulterinis doctrinis Ecclesiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem Evangelicam violare conantur. Clamat, & dicit Dominus: nolite audire sermones licitissimi Episcopi pseudo-prophetarum, quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore Domini. Sola 40.* In Ecclesiam lapsos reducere, & revocare promittunt, qui de Ecclesia recesserunt. Deus unus est, & Christus unus, & una Ecclesia, & Cathedra una, super Petrum Domini voce fundata. Aliud Altare constitui, aut Sacerdotium novum fieri, præter unum Altare, & unum Sacerdotium, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit. Adulterum est, impium est, sacrilegum est, quodcumque humano furore instituitur, ut dispositio divina violetur. Procul ab hujusmodi hominum contagione discedite, & sermones eorum, velut Cancrum, & pestem, fugiendo vitate; præmonente Domino, & dicente; Cæci sunt, & duces cæcorum; cæcus autem cæcum ducens, simul in foveam cadent. Cypriano Martyri adjungo Sanctum Maximum Monachum S. Max. Græcum, itemque Martyrem; qui epistolâ suâ, cedro sanè digna, hortatur Petrum Illustræm, nè Pyrrho Mart. Epist. Constantino-politano, ab Apostolica Sede damnato, deferat honorem, vel impendat titulos, homini doctrinam ad Petrum fanam proficenti, convenientes; rationemque adjicit in hæc verba: *Obsecro, benedixte Domine mi, præ- Illustr. apud ciperè omnibus, nè Pyrrhum Sanctissimum, vel almificum nominent. Neque enim tale quid sacra Regula Combefis cum 10.2.pag.76.*